perabant ei et cōuitiabantur.




¶ Jeſus fructu/
oſe affat⁹. Mat
thei. XXVII.
Marci. XV.
Luce. XXIII.
Joannis. XIX.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A **I**Eſus autem dice a

a ſ Vidit eñ filius dei et virginis iam ad vindictã tantoꝝ peccatoꝝ patrem ſuũ fore promptiſſimũ: vt vel terra ſe aperiret oẽs deglutiendos: q2 tremuit: ⁊ ſaxa ſciſſa ſunt nã nimia leſio chriſti perſone peior fuit ꝙ oĩm hoĩm pctm̃ ſit malũ: ſicut dicit Anſelm⁹. c.14. cur de⁹ hõ. Voluit eñ pfectiſſime implere facto ⁊ exẽplo qđ docu it ore ⁊ ſermone: q2 dixerat. Orate ꝑ pſequẽtib⁹ ⁊ calumni antibus vos. Ideo mãſuet⁹ Jeſus verbũ miſerationis et grẽ a ſeculo inauditũ emiſit dicens. Pater dimitte illis ⁊c.
b ſ Nõ eni attendũt quantũ iudicis maieſtatẽ cõtemnũt: nõ conſiderãt quantũ altiſſimi dei bonitatẽ et pietatẽ irri tant: non vident quantũ ſibi nefas inexpiabile quaſi procu rãt: non ſẽtiũt quid tormẽti qđ damnationis acquirent: ⁊ quid glorię perdãt: ideo neſciũt qđ faciũt. Dimitte ergo il lis. ſ. qui neſciũt quid faciũt: nõ precoꝛ ꝑ aliis qui vtiq3 ſci re debẽt quid faciãt: ſed inuidia obnubilati ꝑuertẽtes ſcri pturas: ſed ꝑ gẽtilib⁹ inarciaſis idolatris dediti: q̃ neſciũt de ꝑmiſſione diuina / chriſtiq3 i carne aduentu. Etiã ꝓcoꝛ ꝑ iudeis ſimplicibus ignoꝛantibus: ſed ſolũ zelo legis me irridentibus: neſciũt eni quis ſũ. Precoꝛ eñ ꝑ vniuerſis peccatoꝛibus vt peniteant ⁊ ſalui fiant.

bat. L. Pater dimitte illis: quia neſci

a ſ. ſ. Geſmas motus ex impatiẽtia. coꝛpalẽ magis atten dẽs ſalutem ꝙ ſpũalẽ: ſicut multi faciunt q̃ dicũt deũ in iuſtũ imiſericoꝛdẽ / ipotentẽ: eo ꝙ noluerit vota ipſoꝝ im
B plere. Ver. Diſmas et geſmas: medio diuina maieſtas. Geſmas damnatur: diſmas ad aſtra leuatur.

unt qđ faciũt. Unus autẽ de his q̃ pen

a ſ huic latroni chriſtus nõ reſpõdit: volẽs excellentẽ oſtẽ dere patientiã. Quia dicit Chryſo. Mirabilius eſt hoiem conuicia paſſum ⁊ nõ motũ: ꝙ hominẽ vulneratũ et per cuſſum non cadere.

debant latronibus blaſphemabat eũ

a ſ. ſ. liberãdo de cruce ⁊ nos tecũ libera: mot⁹ autẽ fuit ex pia oratione chriſti. q. d. ex quo te non potes ſaluare: ⁊ tibi depcando ſuccurrere: quid depcaris ꝑ aliis: cũ tua oratio ſit inualida ꝑ te ⁊ aliis: quod nõ eſſet ſi chriſtus eſſes.

dicẽs. Si tu es chriſtus ſaluum fac te

a ſ ꝙ ille iã erat conuerſus viſis tot ſignis ⁊ tanta patien tia in chriſto. b ſ in ſiniſtra pendentem pro duricia in qua adhuc ꝑſeuerauit.

metipſum et nos. Reſpõdẽs aũt alter

a ſ. ſ. iã exiſtis i articlo moꝛtis: et ꝑ peccatis tuis peſſimis es damnatus ad patibulũ: vñ deberes querere veniã pec catoꝝ a datoꝛe: ⁊ nõ blaſphemare dantẽ ⁊ iniuſte hic pendẽ tẽ. Nec eni blaſphemia latronis tanto cõtẽptibilioꝛ erat et grauioꝛ / quanto tã vilis ⁊ ſceleratus hõ iã ad moꝛtẽ dam natus: ⁊ moꝛ ꝑ ſuis ſceleribus moꝛiturus.

increpabat illum dicẽs: Neq3 tu times deũ q̃ in eadẽ dãnatiõe es. Et nos qui

a ſ. ſ. patimur. b ſ tormenta moꝛtis: c ſ. ſ. noſtris ma lis ⁊ facinoꝛoſis. d ſ hic in patibulo.

dem iuſtẽ: nã dignã factis recipimus:

a C Pater dimitte illis. Pri mũ verbũ chriſti in cruce ꝓlatum dicitur liberalis remiſſio pro ſuis ſeuiſſimis inimicis verbum mirę benignitatis et immenſę charita tis: q̃ actualiter cruci affigitur: et ꝓ crucifixoꝛibus depꝛecat. Sub ſannat ⁊ irridetur ſanctus ſanctoꝛ rũ: flagellis cęditur: ſputis fędat: ſpinis coꝛonatur: ⁊ clauis affigit. Ipſe aũt tãta abſoꝛptus charita te: vt perfectiſſimũ ab inimicis in choaret opus dicẽs: Pater igno ſce illis ⁊c. In quibus verbis tri plici medio oꝛat pro ipſis inimi cis. Primo offenſã eis donat nul lũ retinẽdo liuoꝛẽ. Secũdo ꝓ ip ſis oꝛat nihil obmittẽdo: nam nõ ſimpliciter ſed exceſſiue cum coꝛ dis medulla totius mẽtis affecti one oꝛauit: i ſup oꝛõne lachꝛymaꝝ imbꝛẽ appoſuit dicẽte apſo. Qui in diebus carnis ſuę preces ſup plicationeſq3 ad eũ qui poſſet ſal uum illũ facere a moꝛte cum cla moꝛe valido ⁊ lachꝛymis offerẽs exauditus eſt ꝓ ſua reuerẽtia ⁊c. Illud eñ erat peccatũ maximũ: ⁊ ideo maxime patris offenſiuũ: qđ maxime auxerunt in chriſti de riſione et blaſphemia: in qua de rogabant ſuę potentię / dicendo: Vach qui deſtruis tẽ. ⁊c. Suę di gnitati regię: ſi rex iſrael ⁊c. Suę diuinitati / ibi: dixit filius dei ⁊c. Suę ſapientię et ſciẽtię / ibi: alios ſaluos fecit ⁊c. de quo pulchꝛe ar guit Alexander de ales in. iii. pte q. xvii. mem. v. ar. ii. in ſolutiõe ad primũ. Tertio q2 non ſolũ oꝛauit et indulſit (ſed qđ ẽ maximũ) eos pariter excuſat: q2 neſciũt ait quid faciũt. Vñ ait ſanct⁹ Bernardin⁹ de religione chriſtiana. Cõſidera anima mea ꝙ ſupfluẽs fuit amoꝛ dulcis domini dei noſtri ſup im pios hoſtes ſuos: quãdo nõ ſolũ pleno coꝛde fuit indultoꝛ / ſed etiã efficaciſſimus interceſſoꝛ et ꝓ ipſis

Margin notes (right):
C Primũ ver bũ chriſti i cruce ꝓla tum
Heb. 5. b
D
Mar. 15. c mat. 27. e
Alexan. de ales. 3. pte

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

E mus excuſator: vñ nec allocutus eſt iudicē qui p̄ꝫ te nō flectit̄: ſed paterno noīe ſuo blādiēs genito/ri: ſibi q̄ſi cōcluſit nihil tanto filio denegādū: nec inſup̱ ait examina pater: vide pater: cōſidera pater: ſed dimitte inq̄t pater. q. d. ꝛ ſi iuſticia punitionē req̄rat ex actibus ſuis: miſericordia tñ remittat ge/mitibus meis. hec ille.

a ¶ Dñe memēto mei cū ve.

Scdm verbū chriſti i cruce, pro/latum.

Secūdū verbū chriſti, ꝓlatū ad latronē Diſmaz dicit̄ ſupnaturalis donatio. In quo verbo oſtēditur mira largitas/donatio ac miſeri/cordia ſaluatorꝫ noſtri erga latronē iſtū: cuiꝰ ꝯfeſſionē ꝛ excuſatio/nē nō refutauit. Sed qualꝭ dolor: quantus meror domini viſcera ꝑ/trāſijt: cū in omnibꝰ charis/ſana/tis/ amicis/notis: ac copioſa tur/ba matre ſola dempta (que fecit quicquid licuerat ꝛ poterat) qui ꝓ domino reſpōderet inueniret. Il/le eñ ſanctus latro ꝛ martyr ꝛ cō/feſſor glorioſus: crucis tormentum qd̄ patiebat̄ floccipendit: chriſto magis q̄ ſibi cōpatiebat̄: popu/lū circūſtātē/ blaſphemātē: haud aduertit principes/ cēturiōes/mi/lites: nec quēq̄ timuit: latā ſentē/tiā publice a pilato approbata et allegata (licet falſo) patenti voce refutauit dicēs: hic nihil mali geſ/ſit: ergo iniuſte cōdemnatus et ac/cuſatus eſt. Sed vñ tāta fides/tā/ta cōſtantia: tantaq̄ ſalutaris con/feſſio hoīs a multꝭ annis flagitio/ſiſſimi: quis doctor imbuit: quis p̄dicator inflāmauit: q̄s ve hūc inſpate ſcitoq̄ tātā ꝓfeſſionē edocuit? Quō filiū dei credere poterat: quē nullū miraculū/nullas ꝟtutes ſupnaturales facē viderat? Quō ab eo vitā eternā petierat: quē iā vita tpali ꝓuari ꝯſpexerat vti hoīez vilē/īpotentē ac infirmū? Quō ab eo ſalutē ꝯſequi poſſe: quē iā in ꝓprio ſuppoſito eā finire cernebat? Certe inſolitū ꝛ magnū vidit in eo miraculū: crucifigētibꝰ gētilibꝰ ꝛ inſultātibꝰ iude/is/ſe nō moueri impatientia: nō turbari maledictione: ſed ſalutem et venie elargitio/nem implorare: vnde opere operāte ꝛ gratia illuſtrāte cognouit illud eſſe ſupra ho/minē charitatis ſignū primo oſtēdere inimicis: q̄obrē chriſtus iuxta eū pendēs iſtu/mauit vt cōfidentiā acciperet: ꝛ ſpem de venia ab eo: qui etiam indulgere/ precari et excuſare inimicos poterat. Rationem huius queſtionis ponit Vincentius, dicēs. Q

a § .ſ. quē impie blaſphemas: ideo iniuſte hāc ſuſtinet pe/nā crucis irriſiones ꝛ blaſphemias.

hic vō nihil mali geſſit. Et dicebat ad

a § .ſ. toto mētis affectu/ꝛ totius lingue affatu: ꝓfuſis co/pioſis lachrymis: corde cōtrito: viſceroſa deuotiōe. ꝛ quantum ꝑmiſit ſupplicij acerbitas: ſe humili ꝛ inclinato capite ad diuinā miſericordiā Ieſum chriſtū conuertit, breui for/mata oratione ait. Dñe ꝛc. nō vt iā parcas mihi omnino: ſꝫ poſtq̄ fuero ad tp̄s in purgatorio ꝓ peccatis meis grauiſ/ſimis: tunc memento mei.

a Ieſum. Domine memēto mei cum ve/

a § Ubi pōdera: quid/qualiter/quō/quādo/quis/vbi/cui. Primo quid: qꝛ paradiſū. ibi in paradiſo. Secundo q̄n: qꝛ hodie. Tertio vbi. qꝛ mecū. Quarto qualiter. qꝛ eternaliter eris. Quinto quō. qꝛ ꝑ verū iuramentū: ibi. Amen. Sexto quis: qꝛ ego dico. Septimo cui. qꝛ tibi.

neris in regnū tuum. Et dixit illi ieſus.

a § In iſto verbo notat̄ quātitas doni qd̄ eſt paradiſum: liberalitas datoris: qꝛ rogat ꝓ memoria ſui: ꝛ dat audien/tiā cū effectu: celeritas tpis: qꝛ nō ꝑcraſtinat̄: ſed ſubito do/nat. Firmitas ꝓmiſſi cū iuramento Amē. Societas amici/cie: qꝛ mecū. Et eternitas regni: nā eris. Utilitas ꝑſone cui iſta dantur: nā tibi. ſ. latroni.

Amē dico tibi: hodie mecū eris in pa/

a § Stabat mente ſuſpenſa. fide integra/charitate ꝑfecta: ſtabat corpore preſens: abſconſis diſcipulis: infirmis cu/ratis tacentibus: mortuis reſuſcitatis dubitantibus: cete/riſq̄ inſultantibus: ſtabat profluia lachrymis: amaro cor/de: querulo murmure: ſeruata honeſtate virginali: dolo/rem quātum humana permittebat fragilitas alto conde/bat pectuſculo: gemebat mater deſolata: querulabatur fi/liū dulcis virgo. audit ictus clauorum. vidit ſanguinis ꝓ/fluā vndam indeſinenter manare. O dña mundi quid tā ſollicite ſtando queris. nunquid pauperē et nudū: abiectū et vulneribus plenū: caput inclinantē: et qꝛ iā morientem. Si hunc queris regina celi: ecce affixus ꝛ derelictus in cru/cis patibulo: ſitiens iā moritur. ꝛ hunc querit anima mea. Uado ego miſera mater ꝛ cruci aſtabo: videbo ꝛ audiā eū neq̄ hinc recedā donec mihi loquatur.

radiſo. I. Stabat aūt iuxta crucē ieſu

a § Hec eſt mater iacobi minoris cuiꝰ pater fuit cleophas: a quo dicit̄ filia q̄ fuit ſoror virginis ꝛ filia Anne: que hūc Cleophā habuit maritū: hec feruens aſtitit virgini.

mr̄ eiꝰ/ꝛ ſoror mat̄ris eiꝰ maria cleophe/

A a ſ Sancti mirandā dilectionē chriſti dñi ad matrē ſuā dulciſſimā; ſeruauit eīm tria vſqꝫ ad mortē q̄ eſſent rumpēda: ſcʒ cor ꝑ lanceā; linguā per acetū ⁊ myrrhā: oculos ꝑ mortē quē tria matri exhibuit: oculos eūm videndo: linguā alloquendo: cor diligendo.

**et maria magdalenę. Cum vidiſſet ergo ieſus matrem: et diſcipulum ſtan-**

a ſ velut humilis diſcipulus humilis magiſtri non quereret gloriam ⁊ iactantiam: alˀs nomen ſuū non obticeret: et rem tante dilectionis manifeſtam exhiberet.

**tem/ quem diligebat: dicit matri ſuę:**

a ſ Noīe cōmuni eā vocat: ne teneritudine materne dilectionis cor eius frangeret. b ſ O q̄lis eſt iſta ꝯmutatio: piſcatoris filij ꝓ filio dei adoptatio. Sed in hoc dñs dedit nobis exemplū: vt habeamˀ curā parentū: qđ ipſe verbo docuit ⁊ iam exēplo monſtrauit, q. d. Cōfide in eo mea mater tāq̄ꝫ i filio: ipſe vices gerat meas. Tibi eū ꝓcuratorē ⁊ tuū ſeruitorē ac paranymphū relinquā: dilectū dilecte: virginē virgini: ego mgr abibo: tibi cōſolatorē diſcipulū dimitto.

**Mulier ecce filius tuus. Deinde dicit** a **diſcipulo: Ecce mater tua. Et ex illa ho-**

a ſ En quāto honore ioānes ꝓuilegiatˀ vt fieret cuſtos genitricis dei: qualis cōſolatio diſcipulo cū matre dei aſſeſſionis accepe mercedē: vnde ioānes accepit eā in ſuā curā: cuſtodiā ⁊ matrē: vt ſibi ꝓuideret quicquid neceſſariū foret: vel in ſua officia vel obſequia. b ſ Hiero. in ſuā ſcʒ matrem. Augˀ. in ſua. ſ. officia.

B **ra accepit eā diſcipulˀ in ſuā. Erat au-**

a ſ Per tres horas fuerunt tenebre ita denſe: ꝙ ſtelle viſe ſunt ſicut i nocte videnẗ: ſm Euſebiū in chronica. Fuit aūt grande miraculū/ cū tunc ſol diſtaret naturaliter ꝑ diametrū celi: q2 luna fuit. xv. vñ ꝓter naturā aſcēdit luna ab oriente vſus meridiē: ac ſe ſoli ſuppoſuit: ſm Dionyſium ariopagitā i ep̄la ad policarpū: ⁊ ibi luna ſtetit immobilis ad tres horas cōtra naturā: abſtulitqꝫ lumen vniuerſo orbi: quia dominus vniuerſe machine patiebatur.

**tem fere hora ſexta. M. A ſexta autez**

a ſ Totus enī iſte ſenſibilis mundus ſuo priuatˀ eſt ſplendore ex opificis ſui cōpaſſione nimia: ideo in eius morte nigrū lugubre ⁊ funereum aſſumpſit veſtimentū: quaſi virgini matri aſtantiaȝ velit facere: ⁊ comitatum in exequijs vnigeniti: quem miſere flebat exhibere.

**hora. R. et facta hora ſexta tenebrę fa-**

vmbra brachij crucis dextri eum tetigit: ⁊ ſic ſanatˀ ac ꝯuerſus. Et ꝓbat per locū a minori: ſi vmbra petri: ergo chriſti ſanabat animā latronis. Sed quicquid ſit nullus eum docuit cōfeſſionē: nullˀ dare potuit cōtritionē ſalutarē: nullus illuminare ipſuȝ voluit/ niſi is qui iuxta eum pependit: qui ⁊ magnas ipſi infudit grās et virtutes. Fidē verū deū credendo: quē vidit miſerabiliter morientē. Spem qua faciliter veniā ab eo: quē ceteri maledicebāt cōſecuturā abſqꝫ titubatione ſperauit. Charitatē exceſſiuam qua ſolo chriſti memoria cōtentatus eſt. Prudentiā ęterna caducis ꝓponēdo. Fortitudinē qua abſqꝫ timore ⁊ rubore veritatē ꝓfitetur/ maledicētibus fortiter reſiſtit. Temperātiam qua omnia in ſaluatoris volūtate cōſtituit: ⁊ impij collegę veſana verba cōpeſcuit. Iuſticiā deniqꝫ chriſtus ſibi infudit gratuiteqꝫ donauit: qua omnibus quod ſuum eſt reddit: chriſto innocētiā/ primo trāſgredienti correctionē/ ſibi ipſi cōfuſionē. D

a C Mulier ecce filius tuus. Tertiū verbū dicit materialis cōpaſſio: in quo verbo multū deuota mens incendit ad compatiēdū matri cum filio. Et ſi illud ioanni euangelicus textus aſcribat: nihilominus mens deuota chriſto adducit. Ecce mulier filius tuus quātum ꝓ humani generis liberatione patiatur: ecce me tuū vnigenitum morti iam vicinū/ in ara crucis imolatū: vt tibi per gratiā in ioanne ſignificantē: multos ſanguine meo acquirā filios. Quāobrē vnigenitū ploras: vt in multis milibus gaudio replearis: ⁊ leticia afficiaris: vnus tibi hodie ſubtrahiẗ: ⁊ multa milia tibi reſtituenẗ. Temperet ergo vſura multorū vehementiā tuorū dolorū: me ſane hodie nō ita perdes: qm̄ cōcito ineſtimabili fęnore perditū reperies: illius mortis inter me et te ſeparatio diu nō durabit/ ſed eſſentialis vita quę ego ſum iterū nos adunabit. Parum contriſtaberis: ⁊ poſt hoc in ęternū mecū lętaberis. Mors mea nō te diu ꝯturbabit: vita tñ mea cor tuū maternū perpetuo lętificabit. Mors in te quę vitam genuiſti diu haud deſinet: nec triumphus hoſtium noſtrorum multum illis proficiet: biduum neqꝫ tua permanebit contriſtatio: quod faciet męę reſurrectionis acceleratio. Memento dulciſſima mater dolo-

Tertiū verbuȝ chriſti in cruce ꝓlatum.

E ris tui vehementiã: Et his ꝓ qͥbꝰ
patior nunꝙ̃ tuã neges ꝯſen tiaꝫ.
Memento amoris quo te ſemꝑ
dilexi ſingularis et amarẽ mortis
meẽ: ꝑ qua tantũ ꝯtriſtaris: vt cũ
Ac.17.f. a peccatoribus ꝓ quibꝰ patior in/
uoceris: tunc ne pro eis intercedẽ
do mater mea graueris. Tu enim
conſtituta totius mũdi aduocata
fidelis: ꝙ̃obrẽ viſcera tua eſſe con
cuſſa dolore ⁊ tremore optime ag
noſco. Beata ergo virgo maria
magis cõdoluit filio: qꝛ ipſa vide/
bat ꝙ dolores oĩm in ſe portabat:
immo ſicut ipſe fuit omniũ redẽ/
ptor: ita ipſa fuit omniũ genitrix/
mediatrix/recõciliatrix/excuſatrix/
⁊ aduocata omniũ peccatorũ. Et
ideo cũ ipſa eſſet aduocata mũdi:
tantũ dolorẽ ſpũſſanctus ſuis in/
fudit viſceribus/ꝙ̃tum ſufficiebat
oĩm electoꝝ genitrici ad excuſan/
dum ingratitudinẽ mundi qui ſic
dura morte de mundi fabrica ſuũ
expellebat auctorẽ: q̃ ad ipſos eru
F endos de faucibus mortis de ſinu
patris aduenerat/ſeruilẽ aſſumen
do naturã: vñ ipſa pro ſe ⁊ ꝓ toto
mũdo dignũ deo morienti: ⁊ de ſe
genito exhibebat lamẽtũ. Vñ ait
frater vbertinus de caſili. Quãto
certius ſciebat ſeipſam ꝑ filij mor
tẽ redimi: tanto magis ſibi grata
ſuo coniungebat dolori. Et quãto
ſciebat breuius eſſe tempus: quo
mors ad ſolum triduũ debebat in
mẽbris chriſti includi: tãto magis
ſatagebat toto corde cõmori ⁊ cõ
ſepeliri: ⁊ tãto magis vacabat do
lori: nullo modo volẽs: nec etiam
ꝓ reſurrectione filij dum viueret
in carne paſſibili a dolore mortis
eius participatione fraudari.

a ¶ Eli eli lamma azabtani.

a ſ Legit ꝙ dionyſio athenis tũc ſcholã regente in ariopa/ 6
go/facte ſunt tenebre in toto orbe: vñ requiſitꝰ a diſcipulis qͥd
hoc eſſet: reſpondit. Aut elemẽta mẽtiunt: aut deus natu/
re patit: ⁊ creature eiꝰ cõpatiunt ei. Inde ſol obſcuratꝰ eſt
cõpatiẽs ſuo creatori. Conſtituamꝰ arã ignoto deo: ⁊ imo/
lemꝰ illi geniculatiões: ⁊ pectoꝝ tũſiones: qꝛ ille deꝰ bono/
rũ noſtroꝝ nõ eget: qꝺ ⁊ factũ eſt. Et poſtea paulus hanc
arã reperit athenis: et titulũ eius. ſ. ara ignoti dei: ideo ait.
† Quod ergo ignorantes colitis/hoc ego annũcio vobis.

cte ſũt ꝑ totã terrã vſꝙ̃ i horã nonã. Et

a ſ. ſ. iam ceptã nondũ finitã: voluit autẽ hora nona mo
ri ſcd̃m Hierony. vt oſtenderet ꝑ mortẽ ſuam nouẽ choros
angelorum reparari.

obſcuratꝰ ẽ ſol. M. Et circa horã nonã

a ſ vt verus hõ in doloribꝰ vehemẽtiſſimis cõſtitutus: in
nullo ꝙ ſolatiũ aliqꝺ habẽs. b ſ In q̃ oſtẽdit virtꝰ di/
uinitatis: nã purus hõ in morte clamare nõ poteſt: iõ cla/
mauit fortiter: vt meliꝰ audiret q̃nta paſſus eſſet ꝑ nobis.

R. exclamauit. M. Jeſus voce mã/

a ſ. i. deus meus deus meꝰ: qꝛ el ſignificat deus: ⁊ litterã
iota adiuncta dictioni el: ſignificat meus. b ſ. i. quare:
eſt dictio ſegregata ⁊ vna ꝑ ſe. c ſ dereliquiſti me: et prepo
nitur littera ayn ſcd̃m Lyram.

a gna. Eli eli lammã açabtani. R. qꝺ in/

a ſ Geminat deus meꝰ deus meus: ad ſignificandũ dupli
cem naturã in chriſto. q. d. deus meus cuius ſum filius na
turalis: eiuſdem ſubſtantie et nature: ſcd̃m quã derelinqui
impoſſibile eſt: Deus meus: cuius ſum filius per vniõem
creationis: quomõ me dereliquiſti: ⁊ penis tam acerbis h
expoſuiſti: mortiꝙ amare tradidiſti.

terpretatũ eſt: deus meus deus meꝰ/ vt

a ſ Dereliquit nempe eũ diuinitas: qꝛ ꝓtectionẽ ſubtraxit:
vnitatem ẜo nõ ſoluit. Sepauit ab eo defenſionem: in quo
manſit ꝑ vniõnẽ. Dereliquit eũ in triſticia: dolore et penis
ſine mitigatione: cõſolationis in miſſione: et amaritudinis
impeditione. Qui martyribꝰ in penis aſſiſtebat ⁊ ſeruis: fi
liũ dereliqͥt pati quãtũ poterat: nihil auferẽs de paſſione.

q̃d dereliq̃ſti me. Quidã aũt de circũ/
ſtãtibꝰ. M. illic audiẽtes dicebãt. R.

a ſ Hiero. dicit ꝙ romani milites ipm̃ cuſtodiẽtes gẽti/
les: nõ intelligẽtes hebreũ ad plenũ illa dixerunt. Sed po
tius credendũ eſt/ꝙ ſuerint iudei ipm̃ diffamãtes corã gẽ/
tilibus: ⁊ nõ ad plenũ audientibus ꝙ inuocaret heliã: ac ſi
minor helia fuiſſet cuius auxilium poſtularet.

Ecce heliã vocat. M. iſte. J. Poſtea

a ſ quia iam oĩa quaſi ad paſſionẽ chriſti ꝓphetata fuerũt
completa: tamen illud reſtabat ꝙ moriẽs ſitiret: ⁊ poculo
amariſſimo potaret. ſ. felle ⁊ aceto. Ideo ait euangeliſta:
poſtea. ſ. ea que dicta ſunt.

ſciens ieſus qꝛ oĩa cõſummãta vt con/

Quartum verbũ chriſti in cruce ꝓlatum. Quartũ verbũ a chriſto in cruce
ꝓlatum dicit paternalis derelictio. Qꝺ verbũ plurimũ ad deuotionẽ eſt ſtimulatiuũ
Si eñ cõſideramus chriſtũ innocentiſſimũ tam graues pœnas ſuſtinere in tenerrimo
corꝑe ſuꝑ oẽm creaturã abſꝙ aliqua ꝯſolatione: ſeuiũt in eum crucifixores: fugiũt ab
eo diſcipuli: negant ipſum amici: blaſphemant deniꝙ impij iudei. Aſtat ſola mater

A a ſ.ſ. †in ſiti mea potauerūt me aceto. Ideo ad implēduꝫ reſiduū: noluit mori quouſqꝫ oīa ꝯſūmarenť: vnde ſignificat moriēdi habuiſſe ptātem. b ſ Naturaliter: qꝛ exhauſtus vigore. Sitio. ſpiritualiter: qꝛ fragrās amore. Sitio: mortaliter: quia optans pro vobis mori.

ſummāreť ſcriptura dicit: Sitiō. Vas a

a ſ chriſtus bis fuit potatus amaro potu: primo vino myrrhato/felle mixto: de quo in euāge. Secundo ſolū aceto.

autem pōſitum erat aceto plenum. L.

a ſ quidā de militibus dederūt conſilium vel oēs cōſenſerunt. b ſ eſt materia cauernoſa que faciliter liquores imbibit et attrahit: ſignificat iudeos intꝰ ꝛ extra plenos amaritudine contra chriſtum.

Et militēs accedētes. J. ꝛ ſpōngiā ple

a ſ ligātes ad lignū de iſopo vľ calamo ꝛ arūdine de iſopo.

nā aceto yſopō circūponentes obtule/

a ſ .i. diſpoſuerunt ei porrigere. b ſ ſtatim poſtqꝫ clamauit ex deſiderio ſitis.

rūnt ori eius. M. Et continuō currens

a ſ ſatelles. b ſ militibus. c ſ cū aliꝭ vt dictū eſt.

vnūs ex ēis acceptā ſpongiā implēuit

a ſ vel vnus illud fecit: aliꝭ autē iunxerunt eum.

B aceto. R. ꝛ circūpōnens calamo. M.

a ſ prius dictuꝫ exponit: ſed hoc fecit vt poſſit ei porrigere: qꝛ crux erat .xv. pedum in longitudine. b ſ in quo maxima crudelitas illoꝝ militū ꝛ iudeoꝝ ꝓcurantiū: vt homini innocenti iam morti vicino: tot ꝛ tanto paſſo ꝛ fatigato potū denegare: cū quedā deuote mulieres bonū potū diſpoſuiſſent ꝓ dānatis: ſed ipſi biberunt: ꝛ hoc myrrhatum chriſto cū ꝓpoſito extra portā deportauerunt.

īpōſuit arūdini: ēt dabat ei bibere. R.

a ſ expectate parūper. b ſ quē in ſui liberationē inuocauit: ꝛ hoc dixerunt ad deridendum chriſtum.

dicēſ: Sinitē videamꝰ ſi vēniat helias

a ſ milites circūſtantes. b ſ ad crucifixores.

ad deponēdū eū. M. Ceteri vō dicē

bāt: Sine/ videamus an helias veniat

a ſ deponens a cruce. b ſ id eſt guſtaſſet: nō enī accepit bibendo: ſed guſtando.

liberās eū. J. Cū ergo āccepiſſet ieſus

que nō ſibi ſolatiū adeſt: ſed maximi doloris occaſio. Patiť eñ fortis in oībus mēbris iam tribꝰ clauis infixus elegās et ponderoſum corpus quaſi tribus ſuſtentať horis: augmentať vehemētiſſime dolor: iam deficit virtus: ꝛ nō deficit ſenſus. Iam ſuperabundat dolor ſenſibilis: ſed nō cōfundit rōnē: qꝛ ſm Scotū in .iij. diſ. xv. Dolor vehemēs ſenſibilis natus eſt de cōmuni lege impedire vſum rōnis: lōge magiſqꝫ delectatio vehemēs. Cū aūt abſorpta eſt ps itellectiua a dolore minꝰ ꝑcipiť. Dolor imo oīno in pte intellectiua ꝑcipiť: In chriſto aūt ex ſpeciali diſpoſitione deitatis cōſeruate ſunt potētie/ ratio ꝛ voluntas: quelibet in ꝑfecto vſu ſuo: nec aliqͣtenus a dolore partis ſenſitiue/ aut etiā triſticia interiori fuerūt abſorpte: ideo intellectus oēs dolores clariſſime apprehendit cum omni diſcōueniētia: ꝛ ita volūtati oñdit: ꝛ ita dolor maior quo ꝑceptibilior: nedū ſenſu/ ſed ꝛ intellectu: ſic ḡ ꝯſeruate ſunt potētie naturales ſupnaturaliter/ vt magiſ doleret: vñ chriſti humanitas in tanto dolore cōpulſa fuit implorare lachrymoſa voce et q̄rula a patre auxiliū: qđ nō fuit cōceſſum qͣtū ad mitigationē pene: nā manifeſtū eſt nulliꝰ viatoris pena chriſti paſſiōi poſſe cōparari: q̄ corpus optime habuit diſpoſitū: ꝛ ſenſum optime ꝑceptiuū. ꝛ appetitū ſumme ad cōtrariū ſeu diſconueniens inclinatū: ideo multū ſibi compatiendū et regratiandū eſt.

C †Ps. 68.c

D

a ❡Sitio. Quintū verbū a chriſto in cruce ꝓlatū diciť. Sitis naturalis exclamatio. Cum oēs hoīes morti iam vicini naturaliter ex defectu humidi naturalis: in quo vita ꝯſiſtit humana: ſicut lumē in lampade nō ardet abſqꝫ liquoris nutrimēto: ſic homo iā deficiens naturaliter (ꝑcipue cum multū de ſanguine emiſiſſet: ac penas varias ſuſtinuiſſet) ſitit: vt poſſit ꝯſeruare humidū ꝓ vita. Dulciſſimꝰ aūt dñs a nocte ꝑterita vſqꝫ ad hanc horā tot doloribꝰ cordis anxius: tot vigiliꝭ fatigatꝰ: tot ꝑcipitibus et caſibꝰ colliſus/ alapis/ colaphis/ cōſputitionibuſqꝫ ſaturatus ꝛ tribulatus: periculis innumeris circūitibꝰ: iā ad iſtū/ poſtea illū iudicē: impiorūqꝫ ictibꝰ impulſiuis tam crudelibus verberibꝰ/ opprobriꝭ/ laboribꝰ/ tot fluētibus lachrymis/ ſudoribꝰ ꝛ multiplicibus ſa/

Quintū verbū chriſti i cruce prolatum.

E cerrimi ſanguinis effuſionibꝰ: crucis onere/ clauorũ affixione/ ⁊ aliarũ multarũ ineffabiliũ pęnarũ ita exiccatus/ vt lingua faucibus adhereret: iuxta illud pſalmigraphi.
Ps. 21. d Aruit tanq̃ teſta virtꝰ mea: adheſit lingua mea faucibꝰ meis. Unde ex toto animi deſiderio poſtulauit potũ. Quantũ putas hec deſiderabilis chriſti fontis viuentis poſtulatio virgineę mentis ⁊ materni animi ꝑcordia ꝑſcidit: cũ in tanta deſiderabilẽ natũ chriſti neceſſitate aſpexit conſtitutũ/ iam in mortis agone laborãtẽ: et clamãs ſitio: nõ poterat niſi lachrymarũ fonte ſibi ſuccurrere. O bone ieſu qui pro me miſero ſic a vitali humore ſiccaris: exicca queſo me impium et tibi ingratũ ab omni deſiderio mortifero ois vitioſi amoris cuiuſcũq̃ creati. Illud verbũ põt referri ad deũ patrẽ, q. d. ſitio adhuc ſi ꝓ pctis generꝭ humani nõ ſit ſatiſfactũ. Sitio adhuc maiora pati ſi nõ eſt recõciliatũ. Sitio adhuc clarificare nomẽ tuũ/ ſi nõ ſit ſatis manifeſtatũ. Põt inſuꝑ referri ad pctõres: ac ſi diceret ſm Ubertinũ: ecce ꝙ in actibꝰ corporis nihil põt doloroſius/ opprobrioſius ⁊ pęnalius de cordis mei amore oſtẽdi: qꝛ tali morte vitã ſiniò ꝓ vobis redimẽdis debitoribꝰ mortis. Sed tñ adhuc ſitio (ſi poſſibile foret) millemilibꝰ modis mortis/ vobis induratis ⁊ inſenſibilibꝰ diuinũ veſtrę ſalutis declara-
F re amorẽ: vt vel ſic ſaxea pectora vr̃a cõteranẽ: ⁊ ad reamandũ illũ fortiter attrahant: qui ſic gratuite/ ſic infinite vos omni dignos morte in amore ꝑuenit ⁊c.

E a ꝗ totũ completũ vſq̃ ad aceti potũ quẽ iam guſtaui: iam enim opus ad quod me pater miſit ↄſummatũ eſt: quicq̃d facere debui cõſummatũ eſt: quicquid lex: pſalmi et ꝓphete de me ꝓdixerant cõſummatũ eſt: opus redemptiõis humane: patris voluntas vt biberem calicem: omnia iſta cõſummata ſunt: omnis pena: ois dolor: ois irriſio: ois cruciatus: omnis labor: omne tempus cõſummatũ eſt: lex vetus: hoſtia ſacrificij: vmbra figurarũ, ⁊ quicquid pertinens ad noui teſtamẽti initium: ad eccleſie deſponſationẽ cõſũmatũ eſt. b ꝗ ieſus tradidit ſpiritũ clamando: orando ⁊ lachrymando: et in primis patet diuinitatis potentia: tradẽdo ſcʒ et clamando: tradere enim vel emittere propria virtute ↄuenit deo et nulli alij: ſimiliter et clamando vt ſuperius patet: alia duo oratio et lachrymatio humana ſunt.

a acetũ dixit: Cõſummatũ eſt. Jeſus aũt iterũ clamans voce magna. R. emiſſa

a Cõſummatũ eſt. Sextũ verbũ dicitᷣ finalis cõſummatio: qđ verbũ eſt amoris
Sextũ verbũ chriſti in cruce plãtum ⁊ doloris. Amoris nempe/ quo ita dilexit nos: vt corpus ⁊ ꝓcioſam aiam ꝓ nobis exponeret: iuxta illud: Maiorẽ charitatẽ ⁊ dilectionẽ nemo habet q̃ vt aiam ſuã ponat qs ꝓ amicis ſuis. Pius enĩ ieſus vidẽs ſe iam morte appropinq̃re ab iſto nequãſeculo: paternis manibꝰ leuari: pęnas/ tribulatiões/ anguſtias infinitas iam ſupaſſe: gau-
Joã. 15. b. dio replebatᷣ intrinſece ꝙ iam mortale exuerat corpus: glorioſamq̃ reſurrectionẽ ſibi in ꝓximo imminere gaudebat: etiã ꝙ iam eſſet deſcẽſurus ad inferos: ⁊ diaboli inimiciſſimi ſui poteſtatẽ poſſet auferre: patreſq̃ diu deſideratiſſime eum expectantes inde potẽter liberare. Gaudebat inſuꝑ ꝙ deus eternus iam humanũ genus per eius mortem iterum in gratiã receperat: ⁊ cęleſtis patrię ianua iam reſeraretᷣ. Gaudebat inſuper ꝙ diſcipulos ſuos diſperſos in vnum cõgregaret: ⁊ matrẽ ſuam meſtiſſimã conſolaretᷣ. Fuit ꝓterea verbũ iſtud verbũ doloris: qꝛ cõſummatũ eſt/ ſcʒ corpus meũ pater mi eterne: Cõſummata eſt virtꝰ mea dilectiſſimi populi. Cõſummata ſunt membra o peccatores. Pedes meos cõſummaui in duris greſſibus ⁊ ferreis clauis. Tybias in varijs colliſionibus rupiũ ⁊ ſcapulorũ/ itinerũ ⁊ fatigationũ. Poplices in ꝓcidendo/ flectendo/ orando/ pectus meũ ꝑturbando/ cor cõtriſtando/ dorſum meum flagellando/ ſcapulas ⁊ collum ꝑcutiendo/ oẽs iuncturas membrorũ fatigatione/ extẽſione/ laceratione: barbam meã euellendo: genas meas alapiçando: faciẽ cõſpuendo: ⁊ caput totũ cõtritũ ⁊ cõſummatũ ſpinarũ denſitate: oculos lachrymarũ pluralitate ⁊ totũ vultũ cõſpuendo. Et quicq̃d in me eſt intus ⁊ extra ↄſummatũ. Un̄ Aug. Dñe ieſu chriſti etiã dñe/ ↄſummatũ eſt. Cõſummata enĩ erãt vaticinia ꝓphetarũ/ figurę hiſtoriarũ/ acerbitas ⁊ diuerſitas pęnarũ/ emendacio culparũ. Felix qui poterit dicere cũ ieſu: Cõſummatũ eſt cũ ieſu qui eſt alpha ⁊ o/ ⁊ ſermonũ cõſummatio. Nõ eſt ꝑmiũ in ...

A a ſ Pater: cōmēdo ſpm̄ meū iam exituꝝ ꝑ multas anguſtias. Cōmendo oēs fideles ⁊ electos: in ſpū meo viuificatos vnitos ⁊ redemptos. Cōmendo tibi omniū martyꝝ virꝰ certamina ꝓ meo noīe ⁊ tua gloria. Cōmendo tibi o pater omnes lachrymas: ſudores: omnem cruorem effuſum: vt accipias ꝓ humano genere. Cōmendo tibi ſpiritū matris mee: qui cōpaſſione ē meus ⁊ eius. Cōmendo tibi totum eccleſie corpus ſpū meo ⁊ tuo viuificatū. Cōmēda ⁊ tu omni die ſpiritū tuū in manus dei tui.

**L. ait: Pater in manus tuas cōmendo** a

a ſ emiſit ſpiritū ꝓpria virtute: ⁊ tradidit eū in manus patris. Ideo diabolus qui aduenit: ſicut dicit in gloſa Thobie: an peccatū aliqđ inueniret: ⁊ hoc ē qđ ait ſaluator. † Venit eni͂ pnceps huiꝰ mūdi: ⁊ in me nō habet quicq̄: dicit magiſter in hiſtoriis: ꝙ diabolus ſtabat ſupra brachiū crucis: donec chriſtus expiraret: ⁊ tunc videns ſe confuſum: receſſit ad tartara vbi chriſti animā inuenit: portas ⁊ ſeras confringentē: ⁊ iuſtoꝝ animas educentē. († Jo. 14. d)

**ſpm̄ meū: ⁊ hoc dicēs inclinato capite emiſit ſpiritum. L. et expirauit. M. Et**

a ſ ſignās viā eſſe reuelatā ad magnū templū dei locū ſancta ſanctoꝝ: gladium ⁊ flammā a paradiſo remota: ita vt gladius paſſionis ſeuiēs in chriſtū paſſum: ⁊ flammā charitatis excutiēs: diffundens ſe ꝑ eccleſiam ſanguine redemptam precioſo chriſti.

**eccē velum templi ſciſſum eſt. L. medi-**

B a ſ hac voce velū tēpli qđ erat foris ꝓhibēs aſpectū ſctōꝝ: ⁊ illud velū qđ erat intra inter ſancta ⁊ ſancta ſanctoꝝ: ⁊ ſignificat ꝙ omnium figuraꝝ a principio mūdi victoria ē clarificata ⁊ aperta: quia conſummatū eſt: aliaq; myſteria: vaticinia ⁊ legis ꝓphetarūq; ſecreta.

**um. M. in duas partes a ſummo vſq;**

a ſ horrens ſuper ſe tale ſupplicium fieri creatorꝭ. b ſ ſcʒ ex compaſſione arguentes obſtinationem ⁊ pertinaciā malignoꝝ cordium.

**deorſū: ⁊ terrā mota ē: ⁊ petre ſciſſe ſūt:**

a ſ qꝛ chriſti morte ſaluberrima mors humani generis per adā inducta ꝑcul ē depopulata: mortiſq; clauſtra reſerata.
b ſ ex terremotu ipa die paraſceues: ſed nondū ſurrexerūt.
c ſ nō in hora mortis: ſed poſtq; chriſtus ſurrexit, ⁊ ipſi ſurrexerūt cum eo vt teſtes eſſent ſue reſurrectiōis.

**ēt monumēta apta ſunt: ⁊ multā corpa**

a ſ cū chriſto veraciter non iteꝝ morituri

**ſanctoꝝ qui dormierūt ſurrexerunt: et**

a ſ poſt chriſti reſurrectionē: ⁊ cū chriſto reſurrexerunt.

**exeūntes de monumentis poſt reſurre-**

choatione / ſed in cōſummatione. C Nō datur denarius incipientibꝰ / ſed finiētibus. Et corona nō currentibꝰ ſed ꝑuenientibꝰ. Inchoa igitur penitētiā ⁊ cōſumma: vt ad crucē ſicut chriſtus / ſicut latro curras ad penitentiā. Non deſcēdas de cruce: vt ſalutē cōſequaris perſeuerantia.

a C **Pater in manꝰ tuas ⁊c.** Septimū verbū dicit. Corporalis expiratio. Cōſummatis ḡ omnibus myſteriis / doloribꝰ / penis / ⁊c. quādo iam ille bn̄dictus et innocēs agnus ieſus amoroſus ſpacio triū horarū in maxima afflictione: ⁊ cordis corporiſq; doloribꝰ prepōderat clamore valido terrificoq; alta voce exclamauit lachrymis / addēs ſignum miſerationis: D pariterq; potētiā diuinitatis oſtēdens: qui vite et mortis poteſtatē habet: volēs iam vt benedicta anima a corpore ſepararetur: viteq; ſue corruptibili terminū ponere: ac mortis noſtre amaritudinē deguſtare: iam incipiēdo oculos langueſcentes opprimere: facie palleſcere: pectore intumeſcere / et dicere: Pater in manus tuas cōmendo ſpiritū meū. Et inclinato capite matri ſue et toti eccleſie oſculū pacis relinquēs. O doloꝝ dolor / qui cor virginis occupaſti: qui dulcē matrē in terrā ꝓſtraſti: qui eam ſemimortuā reliquiſti: q̄re non occidiſti / niſi vt plus eam affligeres innocentē / tacentē / gementē / deficientē et ꝑanguſtatā: quo iret neſcientem. O impia mors ⁊ nimis crudelis atq; amara / q̄ immitis ⁊ auara: qua ꝑſumptione / qua anxietate / qua deniq; audacia peccꝰ illud adiſti: in quo vitā inueniſti / momordiſti ⁊ interemiſti. Cōfundere ergo humana ſuꝑbia / auaricia ⁊ luxuria: morieris eni͂ ⁊ nō viues: duplici morte interibis: penaſq; grauiſſimas (niſi peniteas cito) ꝓpter ingratitudinē dānationē intrabis. Memēto o homo mortalis: nunq̄ e corde tuo chriſti mors ꝓ te facta elabat: ne cauſam ꝓ qua tā doloroſam ſuſtinuit mortē reputas. i. pctm̄. Vn̄ Bern̄ in ſer. O homo vide que ꝓ te patior: nō eſt dolor ſicut ille quo crucior: ad te clamo q̄ ꝓ te morior: vide penas q̄bus afficior: vide clauos q̄bus ꝯfodior: cū ſit dolor tantus

Septimū verbū chriſti in cruce ꝓlatum

E exterioꝛ: interiꝰ eſt planctus gra/
uioꝛ: cū te ingratū experioꝛ. Nec
ille. Quāobrē valide clamauit ex
nimio doloꝛe: eo ꝙ multos conſi
derauit in ꝗs paſſio (licꝫ eſſet ſuffi
cientiſſima) efficaciā nō haberet:
ipſiſqꝫ melius foret ꝙ chriſtꝰ nun
ꝗ crucifixus fuiſſet. Quāobrē cū
paſſionē ſuam in cruce offerret:
pro ſolis vtiqꝫ electis efficaciter/
ꝛ ꝓ nullis alijs trinitati eam ꝓta
libus tantū acceptanti efficaciter
ſm Sco. in. iij. di. xix. Fuit aūt do
loꝛ ille mortis vehemētiſſimus et
doloroſiſſimꝰ: cū Phus dicat. iij.
Ethi. c. xiiij. Mors inter oia terri
bilia eſt terribiliſſimū: Tū ꝓpter
imenſas penas quas ſuſtinuerat:
Tum ꝓpter maximā inclinationē
aie ad corpus puriſſimū/ nobiliſſi
miū et obedientiſſimū: Tū ꝓpter
vitā excellentiſſimā: Tū ꝓpter vi
uacitatē oim potentiaꝝ aie et ſen
ſuū. Que omnia in ſua ꝑfectione
F remanſerunt in chriſto: quod alte/
ri morienti non fit.

a Centurio autē ꝛc. Quidā
Quidam deuotus. deuotꝰ. Iſta ꝯſideratio mentē tu
am o fidelis homo in chriſti mor/
tē ꝯcutere debet interiore cōpaſ/
ſione: vt reuertaris ad domū con
ſcientie: ꝑcutiaſqꝫ pectus tuū pro
pter tuā ingratitudinē tante mor
tis chriſti dei tui: qui etiā vt plene
intelligeres eius charitatē: lācea
voluit tibi apire coꝛ ſuū/ vt introi
res: ac ipſum dilectū pleno feruo
re amplectereris. Aperuit nem/
pe burſam coꝛdis ſui: vt prodiga/
†Jo. 8. d. liter ſolueret precium redemptio
nis tue. Aperuit inſuper pixidem
precioſi vnguēti: illudqꝫ abundā/
ter effudit in ſacroꝛum effuxione
†. I. Co. 4. b in tui medelam. Fecit iam foꝛa/
men in petra et cauernā in mace/
ria carnis ieſu chriſti. Exurge er/
go virgo beata: que ſola es ꝛ vna
ieſu dilecti tui columba foꝛmo/
ſa: eſto edificans in ſummo oꝛe

a Dicitur in euangelio nazareoꝛum: ꝙ duo qui fuerunt
moꝛtui ante annos quadraginta: boni ꝛ ſancti viri: vene/
rūt in templū poſt reſurrectionē: ꝛ nō loquētes petierunt
pergamenū ꝛ attramentū: ſcripſerūt de exultatione patrū
in limbo in chriſti deſcenſu.

G ctionē eius venerunt in ſanctā ciuitatē/
ꝛ apparuerūt multis. R. Videns autē
a .i. dux cētū ſub ſe hñs milites. b fuit aūt ille cēturio
incircūciſus carne/ ſꝫ nō aure: q2 ſubito credidit.
cēturio qui ex aduerſo ſtabat. L. quod
a hec enī ratio erat ſue credulitatis
factum fuerat. R. quia ſic clamans ex/
a laudem chriſto reddidit.
piraſſet: gloꝛificauit deum dicens. R.
a In quo factus eſt glorioſus confeſſoꝛ iſte centurio: ſed
quidā dicūt nō ſolum confeſſoꝛ: ſed etiam roboratus in fi/
de martyrium ſuſcepit.
Vere hic homo filius dei iuſtus erat.

Jeſus lancea perfoꝛatus. Matthei
XXVII. Marci. XV. Luce. XXIII. Joan
nis. XIX.




C Entu/ h
a ille fuit mi/
ſus cū centū ar/
matis: qui cum
tot ſigna viderunt in moꝛte
chriſti: confeſſi ſunt verita/
tem diuinitatis
riō. M. autē ꝛ qui
cū eo erant cuſto/
dientes ieſum: vi/
a viſis miraculis ꝛ intelli
gentibus timoꝛē incutiūt: ꝛ
ad gloꝛificandū deum com/
pellūt. b ꝓpter tantū ne/
fas ꝑpetratū in occiſione chriſti domini
ſo terremotu: ꝛ his que fiebāt timuerūt
a publice oibus aſtātibꝰ ꝛ audiētibus. b hoc ſignū to/
ne: qđ ꝓmiſerit genimini viperaꝝ de celo. vñ: † Cū exalta/
ueritis filiū hoīs: tūc cognoſcetis quia ego ſum.
valde dicētes: Vere filius dei erat iſte.
a multi enī varijs intētionibꝰ venerūt ad illud ſpectacu/
